



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 101. Principes datis literis ad eundem Conventum a Papa excitati

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](#)

Sæcul. XV. Tandem prosequitur Pontifex: Tur-  
A. C. 1459. *cœ pro sua damnatissima secta non recusant  
mortem: nos pro sancto Christi Evangelio  
nec subire sumptus nec labores perferre vel  
minimos possumus.* Exceperunt omnes  
summa attentione Pontificis verba, ejus-  
que Religionis studium amplis extulerunt  
præconiis, præcipue vero cum diceret:  
*Nos hic Mantuæ tamdiu manebimus, donec  
animos Principum exploremus. Quod si ven-  
turi non fuerint, necessarium quidem erit do-  
mum repetere, eamque sortem ferre, quam  
Deus dederit. Verum defendendæ Religio-  
nis propositum, quoad vires vitaque sup-  
tant, nec deseremus, nec durum putabimus,  
si res petierit, pro ovibus nostris animam  
ponere.*

## §. CI.

*Principes datis literis ad Conventum  
Mantuanum a Papa excitati.*

Inchoato hoc Conventu summus Ponti-  
fex primas eo curas intendit, ut Im-  
peratorem, Regem Franciæ, Sabaudiæ  
ac Bavariæ Duces, Venetos, Florenti-  
nos, aliosque datis literis adhortaretur,  
ut vel ipsi Mantuam venirent, vel saltem  
Oratores suos eo legarent. Interea dum  
hæc geruntur, Mantuam adveniunt Le-  
gati Thomæ Peloponesi Principis, qui  
erat unus ex viventibus adhuc defuncti  
Impe-

Imperatoris fratribus; hic, cum alterum Sæcul. XV.  
fratrem suum Demetrium potissima ditio- A. C. 1459.  
num suarum parte exuisset, Turcasque  
in fugam egisset, jam suppetias a summo  
Pontifice efflagitat, fidemque facit, quod  
ad Turcas Isthmo propellendos trecento-  
rum militum manus sufficeret. An-  
nuit Papa eo facilius Legatorum votis,  
quo moderatius petebant auxilium. Igi-  
tur Legati unacum trecentis peditibus  
a Papa missis iter aggrediuntur, & pri-  
mo impetu Patracensem urbem occu-  
pant, sed & ipsi inter se dissidentes, Gobelin.  
quantocius dispersi fuere; quod infau- Perf. Comm.  
stum sane rebus gerendis omen erat, Pii II. lib. 2.  
Demetrius etiam Spartam fugiens, Ma-  
hometis imperio sese subjicere, eique li-  
cet summe invitus Filiam suam in uxo- Chalcond.  
rem tradere coactus est: Thomas vero hift. Turcar.  
Demetrii frater pariter omnibus suis bo- lib. 9.  
nis spoliatus primum in Corsicam Insu- Phranz.  
lam (\*) confugit, inde autem ad Pium lib. 3. c. 22.  
Papam contendit.

## §. CII.

*Plurium Oratorum Concursus  
ad Mantuana Comitia.*

Interea Mantuani Conventus auctoritas  
confluentium Legatorum frequentia  
indies

(\*) Alii Autores testantur, Thomam Coray-  
ram petuisse.